

Paschalis episcopus, [servus^a servorum Dei], R(otberto) dilecto filio^b, Normannorum duci, salutem^c [et^a apostolicam benedictionem].

Visis litteris vestris et diligenter inspectis letati sumus, quod temporibus antecessorum vestrorum pace assidua letabatur ecclesia et regularis ordo vigeat. Tempore autem vestro nullum in vestris partibus ecclesia potuit habere augmentum nec religio Christiana servari, ut decuit, quoniam qui pastores ecclesiarum Domini [esse^a debebant], in ipso introitu¹ ceciderunt, et qui messis dominice videbantur operarii² et cultores, facti^d sunt eradicatores et subversores. Nec mirum: non enim intraverunt per ostium³, sed ut fures et latrones ascenderunt ex adverso⁴. Sed sicut fama perveniente cognovimus, non sano intellectu interpretantur^e quidam tutelam et patrocinium ecclesiarum a predecessoribus nostris, ut dicitis, vobis et antecessoribus^f vestris esse concessa. Tutela enim et patrocinia ecclesiarum secularibus potestatibus commissa sunt, ut ecclesiae per vos ab omni perturbatione et infestatione mundana tueantur, quatinus earum cultores quiete et devote regi celesti valeant militare. Tu autem te ipsum ostium effecisti et per anulum et virgam investituram ecclesiae non ut sponse Christi, sed sicut ancille hostibus tradis eius regimen usurpantibus, deserentibus Deum, qui vere ostium est, per quem qui non ingreditur fur est et latro⁵. Sed quia hac dignitate te expoliatum esse conquereris, quam apostolorum canones et Antiochena

a) Die eingeklammerten Worte sind von mir ergänzt. Titel und Grussformel der Papstbriefe sind in der Hs. öfter verkürzt. b) Es folgt das ausradierte Wort 'tuo'. c) Die Hs. hat wie mehrfach 'salutes'. d) 'sancti' ('sunt' auf Rasur) eb. e) Verbessert aus 'interpretatur'. f) Verbessert aus 'antecessores'.

1) Vgl. 3 Reg. 14, 12: 'in ipso introitu pedum tuorum'. 2) Vgl. Matth. 9, 38. 3) Vgl. Anm. 5. 4) Vgl. Ezech. 13, 5: 'Non ascendistis ex adverso'. 5) Vgl. das Schreiben Paschalis' II. an Heinrich I. von England von 1101 (Jaffé I² n. 5868; Eadmer, Hist. novorum III ed. Rule p. 128): 'Quaerebas enim, ut tibi episcoporum abbatumque per investituram constituendorum ius et facultas a Romana indulgeretur ecclesiae, et quod per se solum fieri omnipotens Dominus perhibet, hoc regiae potestatis fieret. Ait enim Dominus: "Ego sum ostium; per me si quis introierit, salvabitur" (Joh. 10, 9). Cum autem ecclesiae ostium reges esse arrogant, fit profecto, ut, qui per eos ecclesiam ingrediuntur, non pastores, sed fures et latrones habeantur, eodem Domino dicente: "Qui non intrat per ostium in ovile ovium, sed ascendit aliunde, fur est et latro" (Joh. 10, 1). Vgl. auch die Briefe vom 15. April 1102 und 23. November 1103 (Jaffé n. 5908. 5956; Eadmer a. a. O. p. 135. 156).